

## CAPVT V

Ἰαδὸ fundamento σωφροσύνης, quam manifestum est completi cognitionem primum deorum, legumque diuinarum naturaliumque, deinde legum humanarum ciuiliūque, et hinc derivatam pietatem in deos, patriam, parentes, benefactores, mutuamque liberorum in parentes et parentum in liberos pietatem, ἰαδὸ igitur hoc fundamento virtutum veluti diuinarum, iuuenes Socrates ad reliquas vitae cum publicae tum priuatae bene agendaē necessarias virtutes, seu practicas, et primum quidem ad temperantiam praecipis suis formabat. Narratur igitur hic eius cum Euthydemo colloquium, quo differitur, intemperantiae deditos in seruitute esse miserima; a studio sapientiae arceri, cogique malum pro bono amplecti; expertes esse voluptatis verae, quae percipi possit ex cibo, potione, venere, somno, ex scientia boni malique et studio rerum ad vitam recte transigendam necessariarum; alienos esse ab omni virtute, et ritu bestiarum rudissimarum vivere. Contra temperantes cum sedentur bonum, et abstineant a malo, fieri optimos, felicissimos et rebus agendis maxime idoneos.

Ὡς δὲ καὶ πρακτικώτερος ἐποίει τὸς συνόντας ἑαυτῶ, νῦν αὖ τὸτο λέξω. νομίζων γὰρ ἐγκρατείαν ὑπάρχειν ἀγαθὸν εἶναι τῶ μέλλοντι καλὸν τι πράξειν, πρῶτον μὲν αὐτὸς φανερός ἦν τοῖς συνῆσιν ἡσκηκῶς αὐτὸν μάλιστα πάντων ἀνθρώπων· ἔπειτα διαλεγόμενος προετρέπετο πάντων μάλιστα τὸς συνόντας

§. I. ὑπάρχειν] Hoc verbum exquisitum, quod est in omnibus edd. vett. et marg. Steph., et inde a Stephaniana priori e textu exfulare iniuria coactum est, in sedes patrias restituimus. ὑπάρχει vero, seq. εἶναι aut alio infinitivo, sign. licet, -s. solet etc. Sic εἶναι ὑπῆρχε occurrit Cyrop. VIII, 8, 20. et ὡςτε μέντοι ὑπάρχειν δημοκρατίαν μὲν εἶναι, de Rep. Athen. III, 9 etc. Alia ex-

empla vid. Viger. de Idiot. V, 12, §. Hanc crisin sequitur etiam Edwards.

αὐτὸν] Edd. vett. αὐτὸν. Ernestus intelligit πρὸς ἐγκρατείαν. nisi malis, inquit, corrigere αὐτήν, quod utique simplicius foret. Sed ἀσκεῖν τινα est saepe assuefacere aliquem laboribus, molestiis perferendis etc. vid. Koen. ad Gregor. p. 254.